



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

12. Februarii. In domo ritè ordinatâ senes juventutem, juvenes vivere debent senectutem, ut ex illis juvenum alacritas, ex his senum maturitas exigatur. S. Ignat. vitæ. l. 3. §. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

12. Februarii.

In domo ritè ordinatâ senes juventutem, juvenes vivere debent senectutem, ut ex illis juvenum alacritas, ex his senum maturitas exigatur. S. Ignat. vitæ l. 1,

§. 136

Senex ut venerationem jure poscit à juvene, sic huic multùm debet: vitæ nempe probioris exempla; ut quem præcedit annis, non sequatur pietate. Senectus est norma gregis, speculum morum.

Graviùs peccat senex, quàm juvenis; hujus culpam vel ignorantia excusat, vel naturæ ardor imminuit. Senem accusant omnia; ætas, experientia, mortis propinquitas, exempli ratio.

Vix unquam soli peccant senes, trahunt in sequelam juvenes; quis etenim culpam possit in juvene, quod toleratur in senem. Quot in communitate senes, tot morum sunt magistri; vox, facta; præcepta, sunt exempla.

Multùm à sene discit juvenis, si mercurium solidare, id est, motus frangere, conciterare imperus, & levitatem maturitate didicerit temperare.